Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Chronik von Pommern - Cod. Rastatt 37

Kantzow, Thomas

[S.l.], [17. Jahrh.]

[Abschrift der falschen Urkunde Lothars I. 20. Merz 844 (lies 843) Böhmer Reg. Imp. I n. 1065, Schnekung von Rügen an Corvey betr.]

urn:nbn:de:bsz:31-284436

IN NOMINE DOMINI SALVATO

ris nostri IHESV CHRISTI Lotharius diuina ordinan
te prouidentia Imperator Augustus. Si liberalitatis nostræ
munere loca deo dicata prouexerimus, id nobis ad mor
talem Vitam temporaliter transigendam et ad æternam
fæliciter obtinendam profuturum liquido credimus.
Nouerit interea sagacitas omnium fidelium nostrorum
tam præsentium quam etiam futurorum, quod Ecclesiæ
quæ vocatur noua Corbea in Pago Augensi super Fluui
um Wisera, et est quodammodo noua a domino patre
nostro, ante annos paucos condita. In honorem dej
Saluatoris nostri sanctique prothomartiris Stephanj,
Vbi et beatissimus Martir Vitus requiescit cui nunc
preest dilectus et propinquus noster Abbas Warinus
in proprietatem tradidimus Rugatensis Insulæ Schla
uos cum tota terra eiusdem Insulæ quomodo præsenti
bus positi deuotione astricti sumus, qua domino Sal
uatore nostro IHESV CHRISTO sanctoque Vito
id patrocinante in deditionem accepimus. Nam
ut aliquam diu aliquoties bellum utrinque durum
satis committeretur et anceps Victoria et illis et
nobis Videretur. Post aliquantorum quorum suffra
gia sanctorum petebamus beatum Vitum exorandum
consulte confisi sumus, quod et fecimus, Insuper ut
si nobis auxiliari dignaretur, ei Votum in hoc fecimus,
quod et Victoriam ipsi asscriberemus et quæcunque
illo nobis auxiliante peruenire possent, ipsi dedicaremus.
Fiducia igitur continua potiore attincti in Vigilia
ipsius sancti Viti bello renascente sumus congressi
et ipsorum rege nomine Gestimulo cum nonullis
maioribus et alijs quam plurimis illius gentis peremp

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

cum omnibus suis reliquiis et terra ditioni nostrae cedentes
Castella munitiones et caetera sua omnia nobis tradi-
derunt. Nos itaque prout ratio exigit
liberaliter firmatis ac possessis omnibus tam hunc
de reliquo succedentium ipsorum. Voluimus ac de
crevimus proprietatis dispositionibusque fore
huius novae Corbeiae, tradidimus itaque totam eidem
Ecclesiae Rugatensi Insulam in ius proprietarium
ita videlicet, quidquid in ipsa sive in munitionibus
in Villis, in Vicis, in Domibus vel aedificiis terris vel
cultis et incultis, silvis pratis, campis, pascuis, aquis
aquarumve decursibus, viis et inviis exitibus et red-
ditibus tam in terris quam in Aquis, et in pensionibus
portuum et navium inibi supervenientium sive etiam
pertransientium homines utriusque sexus, maiores
ac minores, senes ac iuvenes, Incolas eiusdem Insulae,
Si quae praeter haec lucra de ipsa Insula vel in ea habi-
tantibus provenire possunt, vel postmodum poterunt
memorato monasterio subdita esse instituimus atque
per hanc nostram Authoritatem sic donamus et
tradimus. Ut in iure ipsius Abbatis et successorum eius
~~eiusque~~ nec non Monachorum inibi per tempora ser-
vientium in diversis necessitatibus ad divinum
cultum, propensius expendendum absque cuiuslibet
diminutione, vel retractatione permaneat, quatenus
et devotiores nobis ac coniugi ac liberis nostris
omnique stirpi nostrae omni tempore quodam debito
supplicando Deo memorentur. Quod autem haec
Authoritas nostra inviolabilem et inconvulsam
firmitatem obtineat, manu propria subter eam sub-
scripsimus et Annuli nostri impressione